



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita**

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Comitas

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

BIBLICI LOCI.

Comitas damnantur, Prov. 31. v. 17. & 23. v. 20. 21. & 28. 7. Galat. 5. 21. Vide ebrietas, damnantur, Comel...

SCRIPTORES.

Comitatum apud Græcos origine, Arist. lib. 7. Polit. c. 10. Comitatorum vocabulis, Celsus lib. 14. c. 57.

Comitas.

DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

Comitas Græci τὸν ἄριστον καὶ τὸν ἄριστον, comis dicitur, sicut enim comitas cum moderacione iocatio, secundum...

APOPTHEGMATA.

Comitas est dicere manus non esse porrigendas amicis, inmens, non satis esse: si comes nos præbebat, sed comiti comitem ad iungendam benevolentiam...

Comitas causam detulit oratorem: is negavit ac detulit qui recepit. At is qui derulerat, dicere solebat, sibi...

Commendatio.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Commendatio, Græci παρατίθημι, & ποίησις, commendo dicitur, sicut enim commendatio modo laudatio, modo commissio...

APOPTHEGMATA.

Quidam petit ab Agestilao, ut se scriptis ad hospites & amicos suos Asiaticos literis commendaret. quo apud illos ius suum conseruaretur, respondit: Nihil esse opus literis commendatis. Nani mei, inquit, hospites sua sponte quæ iusta sunt faciunt, etiam si illis non scripsero. Apud bonos & in bona causa superuacua est commendatio, quum ipsa res impetret quod precibus exoraretur. Plut. in Lacon. apoph.

Commiseratio.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Commiseratio, Græci ἀντιεπιπέσομαι, & ἀντιεπιπέσομαι, misericors dicitur. Et est commiseratio, dolor quidam ex apparenti malo corruptiuo, ac dolorem inferente in non dignum pati, quod vel ipse putabit posse pati, vel suorum aliquem: idque sicut, ut propinquum videtur, secundum Arist. lib. 2. Rhetoricorum.

EXEMPLA BIBLICA.

Commiserationis exempla: Abraham, Genes. 14. v. 14. Melchisedech, v. 18. Ruben, 37. 21. Ioseph, 43. v. 30. & 45. 21. Obstetrices, Exod. 1. v. 17. Filia Pharaonis, Exod. 2. v. 6. Moyses, v. 12. v. 17. & 32. v. 32. Num. 12. v. 13. Gedeon, Iudic. 8. v. 5. Israelitæ, 21. v. 15. Booz, Ruth 2. v. 8. 9. Samuch, 1. Sam. 16. 11. Dauid, 30. v. 32. 42. Sobi & Machir, 2. Sam. 17. v. 27. 28. 29. Pueri mater, 1. Reg. 3. v. 26. Abdias, 18. 4. Elias, 17. v. 19. Eliseus, 2. Rex. 4. v. 2. & 6. v. 23. & 8. 12. Iosaphat, 2. Paral. 22. v. 11. Azarias Barachias, & c. 2. Paral. 28. v. 15. Nehemias, Nehem. 1. v. 4. & 23. Amiel Iob, Iob 2. v. 11. Iob, Iob 29. v. 11. 12. 13. 14. 15. 16. & 30. v. 25. Esther, Esth. 7. v. 3. Tobias, Tob. 1. 19. Elia, Esai. 21. v. 3. & 22. v. 4. Ieremias, Jerem. 4. v. 19. 31. & 19. v. 1. Thren. 2. 11. Abedmelech, Jerem. 38. 7. 9. Baruch, 45. v. 3. Dominus, 48. v. 32. Amos, 9. v. 3. Ezechiel, Ezech. 3. v. 14. & 9. 4. Dauid, Daniel, 6. 18. Onas, 2. Mach. 3. v. 16. 17. Antiochus, 4. v. 27. Discipul, Matth. 16. v. 23. IESVS CHRISTVS, Matth. 8. 3. & 9. v. 2. 35. & 14. v. 14. & 15. v. 32. & 20. 34. 23. 37. Marc. 1. v. 41. & 6. v. 17. & 8. v. 2. Luc. 7. v. 13. & 19. v. 41. Iob, 5. v. 6. 9. & 11. v. 33. 35. & 19. 26. Paterfamilias, Matth. 18. v. 27. Samaritanus, Luc. 10. 33. Vidua, Act. 9. v. 39. Paulus, 17. v. 16. Rom. 9. 23. 2. Cor. 11. 2. v. 7. 8. & 12. 21. Galat. 4. v. 19. Philip. 3. 18. Philemon, v. 10. Custos carceris, Act. 16. vers. 33. Fideles Thessalonicenses, 20. 37. Cæsarenses, 21. 12. Barbari, 28. v. 2. Hebræi, Hebr. 10. v. 33.

HISTORICA EXEMPLA.

Heraclitus Ephesus Philosophus, ad omnem hominum occursum fleuisse dicitur. Dolebat ille, quod nihil sani esset in vita, nihil in homine non caducum, fluxum, & deceptibile. Fleuisse itaque hominum mala, meliore hæud dubie affectu, quam Democritus, qui hæc eadem ridebat. Nam hic contemptum arguit & stultitiam, ille iustitiam & charitatem. Sabellicus lib. 2. c. 2.

Dionysius Sicilia tyrannus, cum mercenarij ad eum interficiendum impetum fecissent, miserabili veste amictus prodit, comamque puluere respercit, & potestati militum suam vitam permisit. Mercenarij eius miseri, saluum & incolumem dimiserunt. Dionysius eos non ita multo post in vrbe Leontinorum circumuentos ad vnum trucidauit. Polyan. lib. 5.

Selenus Antiochi F. Syriæ rex, Asiaticas ciuitates ingenti classe aggrediebatur, ob auxilia Berenice, noueræ suæ & fratris ex ea nato exhibita. Sed subita tempestate naues omnes amisit. Quæ res Seleuco hoc boni peperit, ut Asiatici omnes, ira in misericordiam versâ sponte sua in fidem insensitissimi hostis redierint. Sabel. libro novos. E. an. 4.

Atheniensibus naues conscendentibus commiserationis campus amplissimus. Theat. Zuing.

Antiochus Syriæ rex, qui nobilis appellabatur, audiens Oniam summum sacerdotem inique occisum, flexus ad misericordiam, lachrymas fudit. 2. Mach. 4.

Plura exempla vide in Theatro vitæ humanæ, Tom. 1. pag. 197. 264. Tom. 3. p. 288. 4. T. 4. p. 598. & 330. 8.

Vide Misericordia, & paulo post Compassio.

Comitas